



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De Decimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

4. Non tenentur etiam ad onera more personalia per Laicos imposita, & personalia onera dicuntur quæ animi prouisione, & corporali labore absoluuntur. *l. fin. ff. de mu. & hon.* Et ne quidem ad ea tenentur, quæ sunt honesta non sordida, ut ad officia sæcularia, legationes, curas, tutelas. *cap. generaliter. 16. q. 1. nisi spõte velint recipere tutelam legitimã. c. peruenit. 86. dist. nec tenentur ire ad bellũ vt pugnēt, etiam instãte necessitate, Abb. in c. peruenit. 1. it. cit. de imm. Eccl.*

Eodem modo libri sunt ab oneribus realibus, siue qua ratione bonorum per ipsos possessorum præstãda viderentur: neq; tenentur ad tallias, seu collectas Laicorum. *c. non minus. tit. cit. c. 1. eo. tit. in 6.* Imò sæculares magistratus imponentes Clericis huiusmodi collectas, si sint singulares personæ, excommunicationem, si verò sint Collegia vel communitates, interdictum ipso facto incurunt. *c. quanquam. de censib. in 6.* Quomodo autè diuersa sit hæc celsura ab alia simili Bulla Cæne Domini, videri potest Suarez de cens. disp. 23. sect. 4. n. 21.

5. Non tenentur etiã ad gabellas de frumento, vino & alijs fructibus ex fundis seu fructibus præbendarum collectis. *Abb. in cit. c. non minus. Bald. in l. placet. C. de sacros. Eccl. An autè ratione bono-*

rum patrimonialium gaudere debeant hac immunitate, videndus est Abb. *in c. ex literis. n. 1. de vit. & hon. Cler. vbi hæc immunitatẽ quoad bona patrimonialia seu propria Clericorum non Ecclesiæ restringit ad casus in iure tantũ expressos. ad hoc Dec. in c. Episcopus. num. 19. de præb. vbi solum patrimonium Clerici ad quod ordinatur vult gaudere ista immunitate.*

Non tenentur itẽ Clerici cõtribuere pro reparatione murorum, seu fortificatione ciuitatis, vel dare albergũ, seu hospitium militibus. *Innoc. in c. 1. tit. cit. de immun. Eccl. Abb. ib. nu. 1. Sicul. ib. & conf. 3. Ausfer. in repet. Cle. 1. de off. ord. not. 3. & non solum ipsi Clerici, sed & ipsorum familiz & coloni gaudent hac immunitate. c. generaliter. 16. q. 1. cit.*

6. Si tamen Ecclesia vel Clericus obtineret feudum à laico, teneretur ad omnia prædicta & alia omnia onera, quæ ratione illius feudi solerent præstari, & cogi possent per dominum feudi ad eadem onera præstãda. *Innoc. in cap. verum. de fo. comp. Host. loc. sup. cit. nu. 4. & quibus alijs casibus non suffragetur ipsis hæc immunitas Ecclesiastica, videri potest apud Summistas. vt Ang. Sylu. Arm. v. immunitas. Host. loc. cit. Ausfer. de potest. Secul. in Cler. latè.*

## ARTICVLVS IX.

### De Decimis.

- 1 Decimarum causa spectant ad forum Ecclesiasticum.
- 2 Decimarum causa expedienda summarie.
- 3 In causis decimarum quomodo non appellandum.
- 4 Decimas soluere quilibet obligatur.
- 5 Decima soluenda non deductis expensis.
- 6 Consuetudo attendenda in decimationis modo.
- 7 Decima proprie pertinet ad Parochum.

- 8 Episcopus est Parochus Vniuersalis Diacesis.
- 9 Episcopus habet fundatam intentionem super quarta decima.
- 10 Clerici tenentur dare decimam de bonis Patrimonialibus.
- 11 Iudai tenentur ad decimas dandas de eorum prædijs.
- 12 Ecclesia contra Ecclesiam potest præscribere ius percipiendi decimas.
- 13 Regulares non possunt præscribere ius decimandi.
- 14 Decens sustentatio Parochi qua dicatur.
- 15 Consuetudine potest induci vt nõ Clerici non teneantur ad decimas de bonis Patrimonialibus.
- 16 Priuilegio potest quis liberari à solutione decimarum.
- 17 Societatis Iesu fauore derogauit Greg. XIII. cap. nuper de decimis.
- 18 Ecclesia inter se possunt componere super decimis.
- 19 Laici possunt obtinere priuilegio vt decimas habeant.
- 20 Decima in fundum dari non possunt post Concil. Lateranen.
- 21 Clericus locare potest decimas & alios fructus sui beneficij,
- 22 Consuetudine reduci potest decima ad aliquam quotam & certas fruges.
- 23 Decima personales sunt sublata consuetudine.
- 24 Laici componere possunt cum Ecclesia de non soluenda decima.
- 25 Alimenta debentur Clericis iure naturali & diuino.

**C**AUSAE decimarum cùm sint de iure spiritali spectant quoque ad iudicem Ecclesiasticum. *cap. peruenit. cap. tua nobis. de decim.* cùm videlicet questio fundatur in articulo iuris, seu agitur petitorio. *Dec. in cap. decernimus. à num. 24. de iudic. Felin. in cap. causam qua. nu. 15. de prescrip.* nisi contemnant censuras Ecclesiasticas obligati ad soluendum decimas, nam tum per Sæcularem iudicem distringi possunt. *gl. fin. in Clem. fin. de decim. Abb. ib. in fin. & si quando iudex laicus iudicare posset has causas, semper datur iudici Ecclesiastico præuentionis locus. Fed. de Sen. conf. 245.*

Debet aut expediri sumariè causa decimarum. *Clem. dispendiosa. de iudic.* neq; in ea appellatur. *cap. tua nobis. cit. Abb. ib. nu. 8. Marant. p. 6. de appell. nu. 293.* Quoad effectum videlicet suspensiuum, vt cū quis fuit in possessione decimæ & agit possessorio, quo minus utatur possessione appellatione impediri non po-

test, secus quoad effectum deuolutiuum, & vbi agitur de proprietate seu iure percipiendi decimas, nam tum appellare licet. *gl. in cit. cap. tua nobis. v. tributa. Marches. de commiss. cap. 4. num. 5.*

Obligatur autem quilibet ad solutionem decimarum. vt latè Innoc. in c. vlt. de Paroch. & asserentes contrarium Regulares in concionibus, vel dicentes aliquid quo populus abstrahatur à soluendis, decimis incurrunt ipso facto excommunicationem. *Clem. vlt. de pœnis. & diximus alias.*

Debent solui decimæ licet Ecclesia fuerit diues ex alijs prouentibus, non enim releuatur debitor à soluendo ex eo quod ipse creditor sit opulentus. *Con. lib. 1. var. ref. cap. 17. num. 4.*

Solui debent non deductis expensis aut semine. *c. non est. c. tua nobis. de decim. Abb. ib. num. 1.*

Deferri debent ad horrea Clericorum vel si fuerit loci consuetudo contraria, illa

- illa seruanda est. *Couar. loc. cit. num. 8.*  
 Eadem consuetudine regulari oportet  
 circa ipsam decimationem, vt nimirum  
 laici non colligant fructus nisi in præ-  
 sentia Clerici seu ipsius procuratoris, &  
 decima soluta; vel è contra prius fructus  
 liberè in horrea condant, & postmodù  
 soluant decimas secundum quod fuerit  
 loci consuetudo. *Guid. Pap. cons. 285. nu.*  
 1. *Couar. loc. cit.*
7. Soluendæ autem sunt Ecclesiæ Paro-  
 chiali intra cuius limites prædium est fi-  
 tum. *cap. cum contingat. de decim. Host.*  
*in sum. ib. num. 4.* In dubio autem seu  
 8. vbi locus nulli appareret subiectus Pa-  
 rochiæ, pertinet decima ad Episcopum  
 ille enim cum sit vniuersalis Parochus  
 Diocesis suæ. *Abb. in c. Apostolica. nu.*  
 2. *de Donat. Imol. in Clem. fin. nu. 14.*  
*de priuil. Verat. decis. 340. p. 3.* concurrit  
 quoque in emolumentis cum Parochis,  
 & est dispensator decimarum. *cap. quo-*  
*niam. de decim. cap. in sacris. 16. q. 1. c.*  
*decimas ea. 16. q. 7.* Imò & ex qualibet  
 9. decima Parochiali debita, quartam sibi  
 retinere potest, & habet intentio-  
 nem fundatam super quarta decima. *u.*  
*cap. quatuor. 13. q. 2.* nisi contra ipsum  
 Parochus longa consuetudine præscri-  
 pserit. *cap. quoniam. cit.*
10. Et debentur decimæ non solum à Lai-  
 cis, sed etiam à Clericis de eorum præ-  
 dijs, siue Ecclesiasticis si intra alienam  
 Parochiam fuerint sita, siue patrimonialibus. *cap. si quis laicus. cap. questi sunt.*  
 16. *quest. 1. cit.*
11. Et à Monachis de eorum fundis. *cap.*  
*commissum. de decim.*
- Et à Iudæis si prædia colant ex quibus  
 decima debetur. *cap. de terris. loc. cit.*
12. Potest tamen consuetudine præscri-  
 ptione legitima induci, vt decima vni  
 Ecclesiæ debita, alteri Ecclesiæ soluatur.

*cap. ad aures. de præscrip. cap. ad Aposto-*  
*lica. cum contingat. de decim. Rot. decis.*  
*433. in no.*

Non tamen vt debeat Regularibus,  
 isti enim decimam Ecclesiæ Parochiali  
 debitam acquirere aliqua consuetudine  
 seu præscriptione non possunt, cum de  
 iure sint incapaces decimarum, nisi ha-  
 beant vnitam Ecclesiam Parochialem.  
 c. peruenit. 16. q. 1. cit. c. nuper. de de-  
 cim. iun. gl. v. componendum. *Host. loc.*  
*sup. cit. num. 10.* Et si Ecclesia non habe-  
 ret vnde sustentari, tunc non obstante  
 præscriptione possit à Regularibus alle-  
 gâ tibus præscriptionem super decima,  
 repetere sustentationem *cap. 2. §. vbi*  
*autem. de decim. in 6.* hocque tenuisse  
 14. *Rot. in vna Burgen. iurisdictionis. coram*  
*Ant. August. in ann. 1549. refert Achil.*  
*de Grassl. decis. 310. aliàs. 5. de decim.*  
 vbi addit sustentationem Ecclesiæ Paro-  
 chialis sufficientem computari, vt habe-  
 at victum duarum personarum ex pro-  
 ueatibus annuis computatis oblationi-  
 bus spiritualibus. *ad quod Abb. in c. cum*  
*sicut. num. 4. de consecr. Eccl.*

Possunt item Clerici eadem consuetu-  
 dine seu præscriptione obtinere liberta-  
 tem à solutione decimarum de eorum  
 prædijs etiam patrimonialibus. *Couar.*  
*loc. cit. num. 9.*

Præuilegio quoque Ecclesia siue Cle-  
 ricus liberari potest à solutione decima-  
 rum. *cap. ex parte. ad audientiam. de*  
*decim.* Similiter & Regulares. Vnde  
 mendicantes varijs Summorum Pontifi-  
 cum priuilegijs fuerunt liberati à solu-  
 tione decimarum de terris ab ipsis ex-  
 cultis. Item & multi alij Regulares, &  
 sæpè ipsorum quoque coloni, de his ta-  
 men non potest dari certa Regula, sed  
 in casu occurrenti informatio est peten-  
 da ex

da ex inspectione priuilegiolorum ipsorum regularium, & iuxta præscriptum illorum exceptio hæc moderanda. *vt etiam notat gl. in Clem. 1. p. excolendas, de decim. ibidemq. Anchar. Inmol. Card. Abb. ibidemq. in c. ex parte. num. 5. de decim.*

17. Derogationem solùm. *cap. nuper de decim. à Greg. XIII. in fauorem Religionis Patrum Societ. Iesu factam, hic per extensum ponere libuit, vt in hac materia singularem, & in praxi sæpius necessariam, & sequitur.*

**Greg. Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam**

**P**astoralis officij & infra. Exponi siquidem nuper nobis fecit filius Eue-  
rardus Mercurianus Præpositus generalis Soc. Iesu, quod licet alias se. rec. Paulus PP. III. prædecessor noster volens dictã Soc. per eum autoritate Apostolica institutam & approbatam, illiusq. Socios fauore prosequi gratia specialis, inter alia eidem Soc. & Socijs dicta autoritate concessit ac indulgit, vt de ijs qua in ornamentis, aut pro eis aut libris, fabrica, luminaribus, vel victu aut indumentis eorum, nec non annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliqua domus ipsius Societ. obligata forsan existebant, ac de domibus & collegijs eorumq. prædijs, hortis, & alijs locis eisdem Socijs iuxta eorum viuendi institutum habere concessis, aut de ijs qua pro huiusmodi rebus, domibus, collegijs, prædijs, locis & hortis emendis per quascunq. personas pro tẽpore legari aut relinqui contigerit, & alijs bonis quibuscunq. per dictã Soc. & illius collegia possessis & obtentis, antequã

decimam etiam Papalẽ soluere seu Canonice portionẽ exhibere, aut ad præstationem procuratorum legatorum dictã Sedis, vel nunciorum ipsius, seu Ordinariorum locorum, aut exactionũ, collectarum vel subsidiorum seu prouisionũ quarumcunq. minimẽ tenerentur, nec ad id per litteras sedis vel Legatorum seu Nunciorum aut Diacesanorum prædictorum cuiuscunq. tenoris fuerint vllõ vnquam tempore compelli possent, nisi ipsa litera Apostolica plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto & concessione huiusmodi ac de eorum ordine mentionem facerent; & si forte per ipsum Prædecessorem vel dictã Sedem de his legatis dispositis & relictis in genere vel specie, decima vel altera portio seu quarta alteri pia vel non pia causa quomodolibet eatenus concessa esset, vel illam impostero concedi seu solui aut dari mandari contingeret, socios prædictos aut illorum domos & bona quacunque, nec non eis legata & relictã aut alias in eorum fauorem disposita, in concessionibus & mandatis huiusmodi decreuerit & voluerit minimẽ cõprehendi, nisi de ipsis ac suis decreto & voluntate huiusmodi, non per clausulas generales idem importantes. Sed vera, expressa & specifica mentio fieret in eisdem, & successiue piẽ me. Pius PP. IV. etiã prædecessor noster, exemptionẽ aut cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis literas ipsius Pauli prædecess. de super confectas, nec non inde sequuta quacunq., per suas litteras ex certa scientia confirmauerit, approbauerit, & etiam plenariẽ innouauerit, ac pro potiori cautela vniuersam Soc. prædictã, omniaq. & singula illius domos

domos etiam probationis & Collegia v-  
biliter consistentia presentia & futura,  
eorumque personas, fructus, redditus, & pro-  
uentus etiam honorum Ecclesiasticorum. Sacula-  
rium & Regularium quorumcumque, illis pro  
tempore vniturum, aliasque res & bona  
quacumque, à quibusvis decimis etiam Pa-  
palibus, praelatis, personalibus, quartis,  
medietatibus & alijs fructuum par-  
tibus, subsidij etiam charitativus & a-  
lij Ordinarijs oneribus, etiam pro ex-  
peditioe contra infideles, & defensione  
patriæ, ac alias quomodolibet, etiam  
ab Imperatorum, Regum, Ducum & ali-  
orum Principum instantiam pro tempo-  
re impositis, etiam si in illorum impositi-  
one caueretur quod nulla prorsus exem-  
ptio cuiquam aduersus illa suffragere-  
tur, ita quod Societas eiusque domus  
etiam probationis, Collegia, fructus, res,  
& bona prefata semper ab illis absque de-  
claratione desuper facienda excepta es-  
sent, & esse censerentur perpetuo libera-  
uerit, & exemerit, prout in singulis liti-  
ris predecessorum huiusmodi plenius con-  
sinetur. Nihilominus quia in illis nulla  
de Constitutione recolenda me. Innoc.  
PP. III. similiter predecess. nostri in  
Concilio generali super decimis edita,  
qua incipit. Nuper expressa & specifica  
mentio facta, nec eum specialiter & ex-  
presse derogatum fuit, idem Praepositus  
dubitabat singulas literas predictas de sub-  
reptionis seu nullitatis vitio notari, ac  
Societati illiusque domibus, Collegiis, &  
personis, predictis minus vtiliter reddi, aut  
illa super exemptione molestari vel per-  
turbari posse tempore procedente. Nos  
igitur qui votiuum ipsius Societ. profes-  
sum sincero paterna charitatis affectu

libenter prosequimur, eidem Soc. illiusque  
domibus etiam probationis Collegijs &  
personis ne propterea dictarum literarum  
frustrentur effectu oportune providere  
volentes, ipsius Praepositum & singula-  
res personas Soc. huiusmodi à quibusvis  
excommunicationis, suspensionis & inter-  
dicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, cen-  
suris, & poenis à iure, vel homine quauis  
occasione vel causa latis, si quibus quo-  
modolibet innodati existunt, ad effectum  
presentium duntaxat consequendum  
harum serie absolventes, & absolutos  
fore censentes, nec non singularum liti-  
rarum predictarum veteres tenores  
ac quarumcumque litium & causa-  
rum super praemis iam forsan motarum  
statum & merita nominatim, & cognomine  
iudicium, & Colligantium, ac titulos & iu-  
ra eorum presentibus pro sufficienter ex-  
pressis habentes, ipsius Praepositi supplica-  
tionibus in hac parte inclinatis, volumus  
ac Societati illiusque domibus etiam pro-  
bationum, Collegijs & personis predictis  
eadem auctoritate concedimus, quod sin-  
gulae litterae predictae cum exemptionibus  
ceterisque, & singulis omnibus in eis contē-  
tis clausulis & decretis, processibus, habi-  
ti per easdem, ac inde sequuta quaecumque  
valeant, plenamque roboris infirmitatem  
obtineant, & eis quibus concessa ex-  
istunt perpetuo suffragentur in omni-  
bus & per omnia, perinde, ac si in illis  
de Constitutione Innocentij predecess.  
suis seu Cooncil. generalis huiusmodi,  
specifica & expressa mentio facta, ei-  
que specialiter & expresse derogatum  
fuisse, prout nos eidem Constitutioni  
ad effectum promissorum specialiter  
& expresse harum serie derogamus.

Decernentes ita in quibuscunque cau-  
sis pendentibus, & futuris, per quoscun-  
que Iudices & Commissarios quavis au-  
thoritate fungentes iudicari & defini-  
ri debere. Irritū quoque & inane quidq̄,  
secus semper his in quoquam quavis au-  
thoritate, scienter vel ignoranter con-  
tigerit attentari. Non obstantibus liti-  
s pendentijs, si qua sint, & alijs premisis,  
ac Innoc. Prædecess. nostri, seu generalis  
Conc. huiusmodi, alijsq̄ Apostolicis nec  
non in Provincialibus & Synodalibus  
Concilijs editis generalibus, vel specia-  
libus constitutionibus & ordinationibus;  
ac omnibus illis quæ in singulis literis præ-  
dictis expressum fuit non obstare, cate-  
terisque contrarijs quibuscunque. Volumus  
autem quod earundem præsentium  
transumptis, &c. Dat. Romæ apud S.  
Petrum sub annula Piscat. die 1. Ian.  
1578. Pont. an. 6.

18.

Item & conuentione seu translatio-  
ne liberatur quandoque Ecclesia à  
soluendis decimis alteri Ecclesie de-  
bitis. Ecclesia enim cum alia Ecclesia &  
Clerici inter se super decimis licitè cõ-  
ponere possunt. c. suggestum. c. nuper. de  
decim. compositio tamen ab eis facta, nõ  
perpetuatur ultra vitam componentũ,  
nisi fuerit roborata auctoritate Episco-  
pi. vt notat gl. v. eandem conuentionem.  
in c. ex multiplici. la. cit. Abb. ib. num. 2.

19.

Laici quoque obtinere possunt priui-  
legio vt præcipiant decimas, vel vt ab  
earum præstatione sint liberi siue ad vi-  
tam, siue ad aliquod tempus, nimirum  
priuilegio Papæ, qui hoc concedere po-  
test. Abb. in cap. cum venissent. num. 8. de  
iudic. ita videlicet vt habeant liberã per-  
ceptionem fructuum decimarum, eos-  
que percipiant nomine Ecclesie non  
suo. gl. in c. à nobis. v. exemptus. de decim.

& alia. gl. ib. in cap. quamuis. v. concessit.  
Abb. in eo. cap. quamuis. num. 4. Host.  
Anchar. ib. est que communis doctrina.  
Iplum tamen ius decimandi habere non  
possunt, quia hoc est quid spirituale, spi-  
ritualium autem sunt incapaces Laici. c.  
2. de iudic. cap. causam de præscrip. nisi  
reddantur capaces per Papam, qui hoc  
facere potest. c. Adrianus. cap. in synodo.  
63. dist. Abb. in c. causam. cit. Et hac ra-  
tione Laicis decimæ in feudum dari nõ  
possunt. cit. cap. quamuis. cap. prohibe-  
mus. cap. ad hæc. de decim. cap. vestra. in  
fin. de locat. Host. in sum. de feudis. S. quis  
possit. vers. sed nunquid decimas. quia ni-  
mirum in feudo transfertur vtile domi-  
nium. Abb. in cap. ad hæc. num. 4. de de-  
cim. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q.  
63. num. 5. Et licet decimæ Laicis ante  
Conc. Lateranen. sub Alexan. III. in an.  
1189. vt ponit Veral. decis. 241. p. 1. in fe-  
datæ, licitè ab eisdem decineantur. Abb.  
in cap. cum Apostolica. num. 11. de his que  
fiunt à præl. titulusque hic longa præ-  
scriptione acquiri & probari possit.  
Abb. lo. cit. Franc. Gem. in cap. 2. de de-  
cim. in 6. Veral. cit. decis. 242. Eadem  
tamen decimæ postquam fuerint ad Ec-  
clesiam reuerse, iterum infeudari non  
possunt. Ioan. Andr. in cap. prohibemus.  
de decim. Imol. in cap. 2. de feud. Feud. in  
cap. causam que. cit. de præscrip. Calder.  
cons. 1. de decim. nec possunt a possiden-  
te trãsferri in alium Laicum simili fe-  
do, seu alio titulo præterquam in Eccle-  
siam. cap. cum Apostolica. cit. Abb. in cap.  
prohibemus. cit. a num. 17. vbi hanc do-  
ctrinam dicit esse communem.

20.

21.

Ex concessione autem seu locatione  
Clerici, licitè possunt Laici habere de-  
cimas pro tempore quoad Clericum  
spectant. cap. vestra de locat. cap. quere-  
lam. ne præl. vic. suas. Innoc. Abb. ib. Co-  
uar. lo. sup. cit. num. 5. Potest enim Cle-  
ricus

RICUS

vicus locare decimas seu fructus sui beneficij. *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. nā locare non est alienare. vt notat gl. in ea. Clem. v. locationes. dummodo locatio fiat ad modicum tempus, quod reputatur annorum septem. gl. in ea. Cle. v. ad tempus. vel ne excedat deeennium, excedens enim decanū censetur longū tempus. Alb. in cit. querelam. n. 6. Tempus etiam ad vitam reputatur modicū, propter præsumptionem breuitatis vitæ. id. Abb. in cap. quāuis. nu. 4. de decim. vbi soluit contraria, vnde non posse improbari locationes ad vitam, licet improbentur locationes diuturnæ. deducit Mohed. decis. 248. alias 7. de locat. Verum in his attendendus est potius text. extrauag. ambitiosa, qua expressè taxantur prohibitiones quarumuis alienationum & locationum vltra tres annos. Imò & ad tres annos facta locatio anticipata solutione nulla esset, nec præiudicaret successoribus in beneficio. *Concil. Triden. sess. 25. cap. 11. de ref. & si fieret etiam non anticipata solutione ad annos plures, vt triginta & similia, etiamsi esset approbata à Sede Apostolica, sed appareret damnosa Ecclesiæ, posset per Synodum Prouincialem, vel ab ea deputandos rescindi, id. Conc. lo. cit.**

22. Potest etiam consuetudine reduci decima ad vicesimam, tricesimam, *Guid. Pap. conf. 284. Nau. consi. 1. nu. 4. de decim. in antiq. & est doctrina communis.*

Consuetudo quoque sustineri potest, vt de aliquibus fructibus decima non solnatur, vt de fœno, vino, oliuis, herbis, quod per totum fere Christianum orbem seruari testatur *Paul. Castren. conf. 17. lib. 2.*

Eadem consuetudine vel præscri-

23. ptione tolli possunt decimæ personales. *Felin. in cap. causam que. de præscrip. Hostien. lo. supra cit. & propterea licite in tota fere Christianitate non soluntur. vt Nau. in Man. cap. 21. num. 31. quare & nos plura de illis dicere consulo omisimus, ad solas prædiales directo præsentis tractatu.*

24. Item Laici possunt cum Ecclesia de decimis cōponere, vel earum præstationem aliqua iusta compensatione redimere, vt prædio, fundo, seu alijs rebus vtilibus. *gl. in cap. vt super. v. possessiones. de rebus Eccl. non alienan. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 37. Afflict. in constit. Reg. constit. quanto ceteris. num. 11. vbi refert quod communitas Neapolis consignauit terram Græcam Archiepiscopo Neapol. pro decimis. Requiretetur tamen in hac permutatione Papæ consensus, sicut de alijs permutationibus suo loco dicemus.*

An autem aliqua consuetudine vel præscriptione obtinere possint Laici, vt sint liberi à præstatione actuali decimarum, & quomodo toleretur talis consuetudo in aliquibus locis Galliarum, & Hispaniarum, videri potest *Conar. lo. cit. vbi hanc materiam copiosè tractat. Sed qualiscunque vigeret consuetudo de non soluendis decimis, vbi Ecclesia non haberet dotem sufficientem, possit cogi populus ad dandam decimam, seu ad præstandum alimenta Clero, & necessaria Ecclesiæ. Conc. Triden. sess. 21. cap. 4. de ref. alimenta enim debentur Clericis iure naturali & Diuino legis Euangelicæ, nec aliqua præscriptione induci potest quominus saluentur. Conar. lo. cit.*

& facit doctrina S. Tho.

2. 2. quest. 87.

artic. 1.

R 2

ARTI-